

NO. 6
VIII.

Definitio scripti Petri

Carolii ... A. F. Sonnens
Lygolstadii 1582.

RMK III. 8/a (nem Szabók.)

R. Academia III. könyvtára
Kolozsvár (vagy Marosvásárhely
Kolozsmonostor)

64. V. 10.
Aa. 19.

REFUTATIO
SCRIPTI
PETRI CAROLII
editi Wittebergæ, scripta

A
IOANNE SOMMERO PIR-
nensi, Lectore scholæ Claudio-
politanæ in Transyluania.



Deut. 6. ¶ 4.
שמע ישראל ייְהוָה אֱלֹהֵינוּ וַיְהִי
אחר:

INGOLSTADII.
Ex officina Petri Rauisi.
Anno CI CICLICXXII.



3

THEODOSIVS
SCHIMBERGIVS,
Gratiam & pacem, omnibus v-
num Deum, patrem Christi colentib.
sparsis per vniuersam Germaniam, Po-
loniam, Vngariam, Transyluania-
m, Morauiam, &c. à Deo patre
nostro, & domini nostri Iesu
Christi, precatur.

DOstquām multi ex
fratribus, dilectissi-
mi in Deo, cùm ex
inferiori Germania,
gratia vilendorum fratrum, qui
sunt in Morauia, Polonia, Li-
thuania, Transyluania & Vnga-
ria abirem, me obnixè rogarūt,
vt darem operam, quò libros il-
lorum in has oras, si fieri posset,
perferrem, vt lucubrationibus
illorum adiuti, planè idololatri

* 2 α Roma-

EPISTOLA

æ Romanæ, renuntiare valeant:
non potui committere, quin ip
forum petitioni piæ, pro virili
satisfacerem. Quæ res causa fuit,
vt mecum in has oras, attulerim
scripta, doctorum virorum con
tra blasphemias, in negotio Tri
nitatis, Caluini, Bullingeri, Be
zæ, Simleri, Zanchi, & Carolii.
Hi enim, hoc nostro tempore
principes ac Coriphei fuerunt,
in defendendo illo Deo trino &
vno. Hæc autem dudum in ve
stram gratiam, prælo commisſis
semus, nisi neruus rerum geren
darū, nobis defuisset. Postquam
verò Deus, ex sua gratia, spiri
tum quorūdam fratrum hic ex
citauerit, ita vt parati sint, pro
gloria vniuersi Dei, nō solū
exponere

EPISTOLA

exponere omnem substantiam, *ibi est*
sed etiam vitam, scientes merce
dem suam fore multam & copi
ofam in regno cælorum, incho
auimus, quoddeus benè vertat,
ea ordine imprimere, initium fa
ciētes, ab eò quòd scriptum est
contra Petrum Carolum, non
tantū, quòd breuitate, & dex
teritate, reliqua superet, sed eti
am quòd ante reliqua fuerit cō
scriptum, à viro doctrina & pi
etate summa prædicto Ioāne Sō
mero Pirensi, Lectore scholæ
Claudiopolitanæ, in Transylva
nia, per annos aliquot, sub viro
doctissimo Francisco Dauidis,
Superintendente Ecclesiarum
de vno Deo consentientium.

Cùm autem scripta prædicta,

EPISTOLA

duas ob causas potissimum, ab
aduersariis, qui dogma Trinita-
tis mordicus retinent, impetan-
tur, nec legenda esse cœfiantur,
quod nimirum sint ab Hæreti-
cis & Apostatis conscripta: &
quod miseri, fundamenta veræ
religionis, vnde illa profluxe-
runt, non cernant. nostrum esse
videtur, de his, prout manus Dei
super nos, breuiter in medium
aliquid proferre. Nam his expli-
catis, non est dubium, quin ve-
ritatis amantes, deposita priore
mente, hæc tāquam vera, in ver-
bo Dei fundata, amplectantur.

Ad primum quod attinet, patet ex sacris literis, Apostolam & hæreticū, ne salutandum quidem, sed fugiēdum, quicunque enim

PISTOLA

EPISTOLA

enim ipsis aue dixerit, ipsorum peccato participat, teste Ioāne. Falsum verò prophetam & seductorem interficiendos Deu. 13. & 18. Illud enim quod scriptum est: Omnia probate, & quod bonum est tenete, de doctrina eorum quos constat Apostatas, Hæreticos, falsos prophetas ac seductores esse, intelligi non potest, si scripturam sacram sequimur. Hac autem de rectis aliquid & firmi conscribere, cui mens humana inniti possit, hoc opus hic labor. Nihil enim difficilius, quam ipsum verū, inter falso et falsas opiniones, inuenire. Quò autem rectius, ad gloriam Dei & utilitatem Ecclesie, aliquid solidi scribamus, necesse abit. *Praeceptum est.*

8
EPISTOLA

est ut paulò altius ea repetamus
nimirum ab ecclesia dei, quæ fu-
it ante tempora messiæ, vnde hæc
voces, vñā cum rebus, ad gētes
conuersas, ab apostolis defluxe-
runt.

Sententia autem Ecclesiæ he-
bræorum, ante tempora messiæ,
est hæc: Nimirum quòd Apo-
stata, quem negatæm appellant,
is sit, qui neget vel vniuersam le-
gem diuinam per mosen datam,
vel vnum aliquem versum in ea:
vel qui neget fundamēta legis,
vel omnia, vel aliqua, de quibus
postea.

Hæreticus verò, qui neget ar-
ticulos fidei, vel omnes vel ali-
quot. Falsus verò propheta, qui
falso prætendat prophetiam, eti-
am in

3
EPISTOLA

am in re vera, id est, Mosi & pro-
phetis consona. Seductor vero,
qui rationibus conetur Mosen,
vel articulos fidei euertere. Ut
autem palam fiat, hæc benè ab ip-
sis dicta esse, sciēdum est primo,
in populo Hebræo, præter legē
scriptam, fuisse multa tradita &
propagata à prophetis, qualia
sunt articuli fidei ipsorum, &
Cabala seu traditio. Vnde orta
est fides duplex: generalis scili-
cet & specialis. Generalis quæ
complectitur in genere omnia,
quæ à Deo manifestata sunt, præ-
ter articulos fidei, quos fides
specialis amplectitur: vnde etiā
vitia oppugnantia fidem hanc,
duplicitia sunt: apostasia, quæ ge-
nerali fidei opponitur, & hære-
sis quæ speciali.

16
EPISTOLA

Adhæc constat inter omnes:
Fidem esse solam, quæ nos ex
non populo Dei, populum Dei
efficit, & non fidem rursus nos
relicere, ex populo Dei, & alienos
reddere ab ecclesiadei. hinc
illi fideles, & hi infidelcs appellati.
Cùm autem aliud sit negare
vel generalem fidem, vel spe-
cialē apud se, & aliud sit hoc ip-
sum conari aliis persuadere, id
que dupli ratione tantum fie-
ri possit: prætextu nimirum, vel
prophetiæ, vel rationum, opus
fuit etiam reliquis duabus voci
bus pseudoprophetiæ & sedu-
ctoris. Nam is qui id facere ten-
tat prætextu prophetiæ est fal-
sus propheta, qui verò præten-
dit rationes est seductor.

Per

EPISTOLA

Per has autem quatuor vo-
ces: Apostasiam, Hæresim, Pseu-
doprophetiam & Seductionem
significari vitia, quæ fidem oppu-
gnent, cuiuis, cum attentione
legenti sacras literas notum est,
nam nullibi horum vitiorum
fit mentio, quin & fidei implici-
tè fiat. Vnde Moses Deu. 27. de
Apostata loquens, dicit: Male-
dictus qui non facit surgere (id
est, firmiter vera esse credit) o-
mnia verba legis huius, ad faci-
endum ea. Item: Si autem erit in
ter vos cor germinās, &c. & be-
nedixerit sibi in corde suo, au-
diens has maledictiones &c. Paulus
de hæreticis Alexandro &

ca lide n.
De falso

42
EPISTOLA

De falso propheta & seductore,
vel incitatore videatur Moses.
Deut. 13. & 18. Nam ibi implici-
tè fidei fit mentio. Quid enim
aliud est, prætextu prophetiæ,
quod facit falsus propheta, & ra-
tionum quod est seductoris, se-
ducere homines ab iis, quæ in
populo Dei tradita sunt, scripta
vel non scripta, quam efficere
vt abneget fidem generalem, &
specialem. Plura autem vitia, di-
rectè fidem oppugnantia, vel e-
tiam pauciora esse non possunt.

Fides autem quia est habitus
mentis diuersas scientia, sequi-
tur, primo quòd fides vera scri-
pturæ sacræ, in aliquo esse possit
sine scripturæ eiusdem vero in-
tellectu. Deinde quòd scientia
ut fidei

43
EPISTOLA

vt fidei prædicta quatuor vitia,
opponatur non scientia. Vnde
apparet, nec fidem & cius vitia
versari circa scripturæ veram
vel falsam, expositionem, sed sci-
entiam, & eius oppositum. Nam
ut veræ expositionis, mater est
vera scripturæ scientia, sic falsæ
eius contrarium. His itaq; con-
stitutis, & demonstratis, appa-
ret, eos, qui Trinitatem oppu-
gnant, non esse neq; Apostatas,
neq; hæreticos, neq; falsos pro-
phetas, nec seductores. Nam ne-
mo eorum negat Mosen, & arti-
culos fidei veros, quod faciunt
apostata & hæreticus, neq; co-
natur prætextu prophetiæ, vel
rationum, hominibus persuade-
re, ut Mosen & articulos fidei
negent.

EPISTOLA

negent. Scripturæ autem Noui fœderis non facimus mentionem, quia in ea nihil cōtinetur, quòd non prius sit dictum in Mo se & in articulis fidei, exceptis his duabus propositionibus: Ic sus est Christus: Et: Gentes sola fide in Iesum sine circumcisio ne, fieri participes Reipublicæ Israëlis, seu iustificari. Quare iis fides adhibenda non est, qui ad rauim vsq; clamant Antitrinita riorum scripta legenda non esse eò quòd sint Apostatæ & Hæretici.

Cùm autem certum sit Trinitarios, vbi viderint sibi hæc tela excussa quib. scripta Antitrinitariorū oppugnarunt, se conuer furos ad arma magis debilia, di-

cendo

EPISTOLA

cendo: Quamuis non sint Apostatæ & Hæretici: tamen scriptu ram falsò & non secundum analogiā fidei explicant, & propterea scripta ipsorum non esse legēnda, quòd falsum est. Explicare enim scripturā secundum analogiam fidei, nihil aliud est, quam vt consentiat expositio cum fundamentis legis, & articulis fidei. Fides enim vera, nihil admittit, nisi quod cū funda mentis, legis diuinæ, & articulis fidei, consentit. Itaq; ostendendum, Antitrinitarios ingressos esse hanc viam, explicandi scri pturam, trinitarios verò cōtra.

Fundamenta autem legis diuinæ Mosaicæ generalia, prout est lex in genere, sunt: Liberum arbitrium

EPISTOLA

arbitrium in hebræis, quibus la-
ta fuit: & finis in genere; quate-
nus verò lex est, quæ non ei tan-
tum generationi, cui data fuit,
inferuire debuit, habet pro fun-
damento generali, Cabalam seu
traditionem. Quatenusverò est
lex diuina, eius fundamenta ge-
neralia sunt. Primum, esse Deū.
Secundum, legem mosi esse diui-
nitus datam. Tertium, merces
& pœna. Speciale verò funda-
mentum est: Probatio vera mis-
sionis mosis, ad dandam hanc su-
am legem.

Sub primo autem fundamen-
to, sunt hæ quatuor radices. Pri-
ma: Deum seu primam causam
esse veram. Secunda: Deum ca-
rare omni defectu. tertia: ipsum
esse

EPISTOLA

esse priorem & posteriorem o-
mni tempore. Quarta: ipsum
non esse corpus, nec vim aliquā
in aliquo corpore. Sub secundo
autem, hæ duæ continentur ra-
dices. Prima: prophetia, Secun-
da: missio legislatoris. Sub ter-
tio: continentur primò scientia
Dei, hoc est, quòd Deus omnia
hæc inferiora nouerit. Secundò
prudentia dei, id est, quòd De-
us hæc inferiora curet, ad dandā
mercedem & pœnam, singulis
secundum opera sua.

Articuli verò fidei sunt sex:
Primus: mundum ex nihilo esse
conditum. Secundus: esse resur-
rectionem mortuorum. Terti-
us: esse aduentum messiæ. Quar-
tus: gradum prophetiæ Mosai-

Ad
EPISTOLA

cæ, esse summum omnium prophetiarum. Quintus: legem Mosaicam esse perpetuam, & nunquam per aliam legem, abrogatum iri. Sextus: Per quodlibet præceptum Mosaicum obseruat, hominem gradum aliquē, in vita futura, acquirere posse.

Hæc esse vera fundamenta legis diuinæ Mosaicæ, eorundemque radices, atque articulos fidei, in ecclesia Dei, eos latere non potest qui sunt diligentes letores sacrarum literarum. Si verò quis hæc neget, fieri nequit, nisi prius neget legem diuinam Mosaicam, quod nemo facit nisi apostata, hæreticus, falsus propheta, & seductor. Igitur hæc in omni lege diuina, vera esse opor-

EPISTOLA
Ad

se oportet. Cum itaq; hæc considerarēt, viri illi non minus pii, quam etiam eruditi, qui cōtra Trinitatem insurrexerunt, omnia illa dicta, quæ in speciem diuinitatē filii, aut spiritus sancti probare, visa sunt, ita explicuerunt, ut primam, primi fundamenti, radicem, quæ est Deum esse unum numero, non destruerent, ut ante factū erat, sed cū ea planè consentirent. Nam quem admodum, propter quartam radicem, primi fundamenti, quæ est: Deum non esse corpus, nec vim aliquā in corpore aliquo, illa dicta scripturæ omnia quæ ἀνθρωπομορφίαν in Deo statuere, & affirmare visa sunt, manifestissime: ita ab omnibus Theologiæ

EPISTOLA

peritis explicata sunt, vt eam non euerterint, sed statuerint. Nulla enim lex vera esse potest, quæ sua euertit fundamenta, ideo sapienter dictum est: verba rebus, non autem res verbis inseruire oportet. Item: talia esse prædicata, qualia à subiectis esse permittuntur. Ita propter primam radicem, quæ est Deum vnum esse numero, necesse fuit dicta illa, quæ à Trinitariis, pro trinitate struēda, adducta sunt, sic explicare, quemadmodum Antitrinitarii recte fecerunt. Nam in enarranda scriptura, rationem habendam esse, horum fundamentorum, radicum & articulorum, secundum analogiam fidei, certum est, quod hactenus

EPISTOLA

nº omnes trinitarios latuit. Vnde factum est, vt ipsorum exposicio euertat, primam, primi fundamenti, radicem, quod æquè graue delictum est, ac si euertat, primum fundamentum, quod est: esse Deum.

Fides ergo nunquam amplectitur, impossibilia mentis, qualia sunt: duas partes contradictionis, simul veras esse, aut falsas: quale est: Deum esse vnum substantia vel essentia, & trium personis. Item posse generare Deum, Deum verum. Nam semper genitus est causatus, seu productus ab alio, & alterius operi in nascendo indiguit, atque initium habuit, quæ omnia in Deū verum cadere non possunt,

EPISTOLA

vt ex præcedentibus patet. Vnde manifestum est: Trinitatem & diuinitatem filii, non esse articulos fidei veros, quia sunt impossibilia mentis, ideo in rei veritate sunt blasphema dogmata & horrenda, ex imo orco, perfidium perditionis, virtute Satanæ ecclesiis gentium obtrusa, vt Deus se vindicaret, ab omnibus iis, qui amorem veritatis non habuerunt, teste Paulo Act. 20. inquit: Scio quod post meum abiitum, venturi sunt lupi graues, qui gregi non parcent: etiam ex vobis ipsis, surgent viri, qui peruersa docentes, discipulos post se abducturi sunt. Sic loquitur idem Apostolus 2. Thess. 2. Hominem illum, qui causa erit peccati

EPISTOLA

cati & perditionis, ex prauo aliquo affectu, seu instinctu Satanae, ex permissione diuina, ob veritatem spretam à gentibus, effecturum, vt gentes rursum à Deo vero Israëlis, deficiant, idque hac ratione, vt ipsis incauti, & veritatem, non vt meritò debebant, a manibus, obtrudet aliquem, qui non verus sit Deus, sed nomine tenus, hoc est, idolum, cui ascribet creationem omnium rerum, & quem coli præcipiet, instar veri Dei, atque vt hæc melius efficere possit, homo ille perditionis & peccati, edet signa & prodigia, virtute Satanae, & dicet illa a suo Deo editum: quod cum incauti crederent, putabunt, illum esse verum deum.

247
EPISTOLA

Cum autem prædictit, forc defensionem, manifestè docet, ecclesiam ex gentibus, rursum falsum Deum culturum esse. Idem testatur Ioannes in Apocalypsi, dum narrat, qua ratione futurū sit, vt Satan rursum seducat gentes, donec veniant nuptiæ agni & sponsæ ipsius. Hic autem falsus Deus & fictus à filio perditionis, est Deus unus & trinus, hic enim nomine tenus tantum Deus est, reipsa autem idolum: in rerum enim natura, talis Deus esse non potest, vt ex præcedentibus patet. Quantum enim attinet ad possibilia mentis, tanta in Deo potestas non est, vt ea faciat reipsa existere.

Inter signa autem, vt & hoc obiter

248
EPISTOLA

obiter addam, quæ ab homine perditio virtute Satanae sunt edita, quibus voluit idolum suum confirmare, esse verum Deum, præcipuū est, quod in Ario narrant accidisse. Nam, vt antea dictum est, Deus unus & trinum, primam primi fundamenti radicem oppugnare. Nullū signum in confirmationem ipsius editū, diuinum esse potuit, ipsum esse verum Deum, teste Mose deut. 13. his verbis: Si propheta aliq[ue] aut somniator inter vos surrexit, & dederit tibi signum aut miraculum, & illud eueniat de quo tibi dixit, dicens: Eamus post Deos alienos, quos vos nō nostis, & seruiamus ipsis, tunc non obtemperabis verbis prophetæ.

26
EPISTOLA

phetæ, & somniatoris huius: nā dominus deus vester, tētat vos, vt experiatur, an ipsum ex toto corde, & anima diligatis. Propheta autem ille vel somniator interficiatur, eò quòd locutus est auersionem à domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti. Vide de his Deut. 18.

Ex his manifestū est, signum illud in Ario editum (si hiistoria est vera) ab Athanasio vel ab ali o aliquo fabricatore Dei vnius & trini editum esse, non virtute Dei, sed Satanæ, ad confirmandum illud idolum trini & vnius Dei. Quod autem in Ario accidit, Magia etiā naturali fieri posse, percepī ex meo præceptore, in lingua sancta, Ioanne Isaacō

Iudæo

27
EPISTOLA

Iudæo baptisato. Nam cūm se mel accidisset, cathedrā ex qua docebat, esse maculatam sterco re humano, prorupit in hæc verba: Si scirem sacerdotem custodem auditorii, hoc fecisse in cō tumeliam meam (nam maximæ erāt inter ipsum & sacerdotem similitates) ego efficerem vt ne bulo, cacando omnia eiiceret intestina, vel partem ipsorum p ut vellem. Nam (adiecit) cūm habeo alicuius excrementa, possum efficere, quacunq; die vel hora voluero, vbiunque locorum ille sit, vt cacando ciiciat intestina. Hæc dum operam darem sanctæ linguae Coloniæ, ex ore præceptoris mei, audiui, ac ideo hic narrare placuit, vt simplices

EPISTOLA

plices sciant, illud signum in A-
rio editum, magis pro Antitrini-
tariis quam trinitariis esse, nam
certum signum est de vno & tri-
no Deo, doctrinam esse falsam,
fictam blasphemam, eiusq; auto-
res iudicium Dei, non effugitu-
ros. His addatur quod historiæ
narrant, Athanasium suspectum
fuisse de Magia.

Vetustatem autem huic do-
gmati Trinitariorū non patro-
cinari, docent verba Pauli antea
citata Act. 20. Scio quod post
meum discessum, &c. Item 2.
Thef. 2. Non meministis, cum
adhuc vobiscum essem, me di-
xisse vobis, & quod ipsum impe-
det scitis, quo minus manife-
stet se in hoc tēpore. Nam nunc

operatur

EPISTOLA

229
operatur mysteriū iniquitatis,
tantūm illud, quod impedit, do-
nec è medio tollatur impediet,
tunc manifestabit se malus ille.
Hic apostolus, manifestè osten-
dit, id fore post discessū & mor-
tem suam, & reliquorum piorū
apostolorum. generalem autem
defectionem innuit, qualis cir-
ca tempora Athanasii accidit,
cùm dicit, donec veniat aposto-
lia seu defectio. Causa huius de-
fectionis habetur in citato capi-
te. Hanc verò doctrinam de tri-
no & vno Deo, esse dogma tra-
ditionis fatetur & Ioannes Ec-
cius in suis locis communibus,
& ex scriptura sacra, nulla ratio-
ne probari posse, affirmat. Nūc
pergamus ad reliqua. Quia ad-
uersarii,

EPISTOLA

aduersarii, se se multis armis spoliatos videntes, fortè arripient hoc ac dicent: si Trinitas est falsum dogma, vt vos dicitis, proculdubio, & nos aut nostri maiores, id deprehēdissent, & eam veritatē inuenissent, quā vos penes vos esse vociferamini, ideo aliquid de vera ratione inquire di veritatem Christianæ religiōnis dicendum est. Quæ fuerit vera religio ante aduentum messiae, antea dictum est. Christianam verò religionem, nihil differre à veteri illa apparet, nisi quod Christiana religio, vbi vertus hebræorum religio dicit, esse aduentum messiae, afferit: Iesum illum nazarenū esse illum promissum Messiam. hoc testantur

tur

EPISTOLA

tur Ioannes Baptista, & reliqui scriptores historiæ Euangelicæ, Iesum esse Messiam promissum patribus, quod Ioannes capite 20. innuit, dicens: Hæc autem scripta sunt, vt credatis Iesum esse christum, &c. hinc est quod hebræus credens, Iesum esse messiam, factus est verº christianus. Præterea paulus dicit, Iesum ob veritatēm Dei, fuisse circumcisioinis ministrū, id est, officium Iesu præcipuum fuisse, adimple re hebreis illas promissiones de regno messiae, patribus ipsorum factas, vt Zacharias cecinit. Et a lio in loco se explicat dicens: In Iesu christo sunt omnes promissiones Dei veritas & Amen. 2. Cor. i. Idem alibi probat cùm dicit

32
EPISTOLA

dicit de gentibus: ipsos in Iesu
id est, per fidem in Iesum, factos
esse participes Republicæ Israë-
lis. Nam hæc verba volunt, gen-
tes preter hanc propositionem,
Iesus est Christus, nihil accepis-
se ab Apostolis, quantum ad do-
ctrinam attinet, quod non prius
fuerit manifestatum à Deo in po-
pulo hebræo, de quo idem apo-
stol⁹ dixit: ipsorum sunt patres,
promissiones, pacta, sœdera, le-
gislatio, item Deus & Messias.

Quia verò hæc optimè cer-
ni possunt in symbolo Apostoli-
co, in huius rei confirmationem,
omissis reliquis probationibus,
quæ ex scriptis Apostolicis ad-
duci possunt, breuem explicati-
onem eius adiiciam. Est autem

illud

33.
EPISTOLA

illud symbolū succincta homi-
nis gentilis, cōuersi per fidem in
Iesum, confessio, qui ex non po-
pulo dei, factus est populus dei,
ex eo qui antea exclusus erat à
republica Israëlis. Sēsus autem
verbōrum symboli: Credo in De-
um patrem omnipotentem, cre-
atorem cœli & terræ, est: Ego
gentilis factus p̄ fidem in Iesum,
particeps Reipub. Israëlis, cre-
do Deo creatori cœli & terræ,
id est, credo omnia illa esse vera
quæ Deus Israëlis, in populo suo
ante aduentum Messiæ manife-
stauit. Nam sine fide horum fie-
ri non potuit, ut quis crederet
verè Euangeliō, & particeps fie-
ret Reipublicæ Israëlis.

Sensus autem verborum, &

* in Iesum

34

EPISTOLA

in Iesum Christum, vsq; ad hæc
verba: Iudicare viuos & mor-
tuos, est: Præterea credo & in Ie-
sum Christum, id est, credo ea
esse vera, quæ Iesus vnigenitus
dei filius, dixit, quæ sunt ipsum;
quamuis passus & sepultus sit, es-
se verum Messiam, præterea
quòd sit à Deo resuscitatus, &
collocatus ad dexteram dei, vn-
de venturus sit, iudicare viuos
& mortuos.

Subsequētum autem verbo-
rum: Credo in Spiritum sanctū,
vsq; ad finem, sensus verus est:
Ego gētilis, per fidem in Iesum
factus populus dei, credo ecclē-
siam Dei, esse vniuersalem, non
particularem, id est, gētes fide-
les etiam esse populum Dei, &
non

35

EPISTOLA

non tantūm hebræos, hoc est,
deum in posterum, non tantūm
esse Deum Hebræorum, sed &
gentium, idque in spiritum san-
ctum, id est, propter effusionem
spiritus sancti in gentes, vt legi-
mus in scriptis Apostolorum:
Spiritum sanctum esse arrhabo-
nē nostræ filiationis. Item: Nos
obsignatos esse, spiritu sancto,
vsque ad diem manifestationis,
iusti iudicii Dei. Estq; hæc par-
ticula: in spiritum sanctum uni-
uersalis, eo sensu quem dedim⁹,
ad singula subsequētia repeten-
da, hoc modo: communionem
vniuersalem, in vel propter spi-
ritum sanctum, &c. Nam hæc o-
mnia esse, scilicet ecclesiam dei,
communionem sanctorum, id

* 2 est,

EPISTOLA

est, regnum messiæ, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam, antea quidē credita fuerunt ab hebræis, sed particularia tantum, non vniuersalia, hoc est, hebræi crediderunt hæc omnia ad se tantum pertinere (quod verum fuit eo tempore) & non etiam ad gentes, quia per Christum gentes habuerunt accessum ad hæc omnia. Hinc manifestum est, nihil à gentibus fidelibus, ex mandato apostolorum, adiiciendum illis fuisse, ad ea quæ antea docta fuerat, quām Iesum esse Christum, & crederent bona Israëlitis promissa, ad se quoque pertinere, postquam fidem dederunt Iesu.

Quare

EPISTOLA

Quare scripta noui fœderis, in his tantum sunt occupata, ut exponant hunc articulum, qui est aduentus Messiae, & nullam aliam rem. Ex quibus omnibus sequitur, veram viam perueniendi ad veram religionem esse, scrutari ea sedulò, quæ ante tempora messiae fuerunt manifestata, ac iisdem ex scriptis noui fœderis, tantum addere hæc duo, Iesum esse Christum, & gentes sola fide in Christū iustificatas esse, sine circumcisione per conciones apostolorum.

Hæc est vera via, perueniens ad verum christianismū quæ ante hæc tempora diu latuit, & ignota fuit, quia nemo eam animaduertit, excepto Paulo Ric.

38.
EPISTOLA

cio Hebræo baptisato, qui nostros maiores illam verè docere voluit, in libello, cui titulum fecit: Sal fœderis, qui impressus est in Gallia anno 1506. sed amarunt magis tenebras quàm lumen, mendacium quàm veritatem, & omnia ad veri cognitio- nem ducētia flocci fecerunt. Si quis ergo flagrat vero amore erga christianam religionem, is legat eos autores, qui supra fundamēta & articulos fidei veros ædificarunt, quorum supra me- minimus, & posthabitum humani figmentis, quæ incautis faciliè imponūt, vt (proh dolor) quo tidie experimur.

Licet, hactenus dicta, firma & vera sint, tamen opponent se

ii, qui

39.
EPISTOLA

ii, q̄ cum lacte matris falsas sententias imbiberūt, dicentes: Hebræos infideles, nec habere, nec inuocare verum deum, cæcosq; esse in intellectu legis & propheta- rum, & hostes acerrimos christi: quæ probant dicto Ioannis: Qui negat filium, nec patrem habet. Item illis scripture locis, qui affirmare videntur: Deū hebræos infideles, ob incredulita- tem reieciisse. Item dictis Paulini- nis, in hodiernum usque diem, in lectione veteris testamenti, pendet velum Mosis, præ cordi bus illorum. Item: Frustra me colunt mandatis hominū. Item cauete vobis à fermento doctri- nae Pharisæorum. Item: Qui aboletis, ob traditiones vestras mandata

xxvii
EPISTOLA

mandatū dei: Deus enim dixit:
Honora patrem & matrem, &c.
Item: Audistis, quia dictum est
antiquis, &c.

Diabolica
Lata Christiana
Malitia reprobatur
Christiani
Protestant
Sed ne videamur abuti patientia lectoris, responcionem ad illa obiecta differemus aliò. Vestrum est fratres dilecti, toti orbis manifestum facere, vobis veram religionem christianam cū rē esse, vt abiecta omni idolomania, deo seruiamus in timore ac tremore cordis nostri. Quod sāxit deus ille unus creator omnium, pater Christi, cui honor & gloria, & potestas in seculum.

Datae Ingolstadii ex nostro
Musæo Calendis Decem. 1582.

xxviii
PRAEFATIO AVTORIS.

*S*i quis temporum nostrorum conditionem, amice lector, quibus vix illa unquam extiterunt præclaris ingenij, honestis studijs, ac omnibus bonis artibus illustriora, diligentius a- pud se expendat, facile in eas venire posset cogitationes, vt nunquam cum rebus humanis, præclarus actum fuisse, pronunciet. Si vero in dissensiones Ecclesiarum, in acerba odia & similitates, in opinionum partim ineptarum, partim inutilium, partim etiam impiarum aceruos, oculos conuertat, næ ille vehementer mutet sententiam. Et, si erga pietatem peñime affectus non sit, ex animo ingemiscere, deprehendens, summa felicati, non paulò plus calamitatis, adjunctum esse, ac non obscuris argumentis colligat, Republicas Christianorum, sublata è medio omni charitate, cuius exercenda causa, & institutæ primum, et conseruatæ hactenus sunt, diu saluas esse non posse. Sed fuit haec Ecclesiæ Dei semper propria fortuna, vt quæstionibus otiosis κενοφωνια Paradoxis exerceretur, ac præsencius subinde, ob eiusmodi σκυδαλως λόγων λεπτοτάτων (id est, fragmenta subtilissimorum verborum) cogeretur adire periculum, quam si de Christianismo ipso exerceretur quæstio,

*

Nec

42

P R A E F A T I O

Nec alia huius mali causa est, quam stulta & pia
luxuria, qua adeo sibi placere multos videoas, ut
oculū exculpi passuri sint facilius multò, quam
permisurī, ut opinio quam de quæstiuncula ali-
qua, nec graui admodum nec necessaria cōcep-
runt, aboleatur: imò, quod ne illi quidē, qui ve-
recundiæ fines semel transgressi, gnauiter sunt
impudentes, profiteri audent, à nobis postulare
non erubescunt, ut, quicquid pepererunt, tolla-
mus, ac quod ratione persuadere nequeunt, vi ex-
primere, ab inuitis volunt, ut, ubi ipsis visum est,
primam causæ Christianæ quæstiōnem consti-
tuamus, ac quod somniarunt ipsis, pro fundamen-
to religionis, amplectamur, quod nisi fiat, para-
ta sunt fulmina, anathematismi, proscriptiones,
audimus hæretici, schismatici, turbatores &
quicquid iussit splendidabilis. Plus coloris habet
Iudaicus ille zelus, quo adducti Paulum ut legis
Apostatam persequebantur, eò quòd gentibus
fidem in Christum prædicaret, circumcisione omis-
sa. Etsi enim & illi fundamentum pietatis
in circumcisione magis, quam in Christo positū
esse, iudicabant: tamen excusare illos non nihil
potest id, quod expressum de ea mandatum Dei,
multorum seculorum obseruatione confirmatū
extare certò sciebant, quam factiōnem Ebioni-
tæ dcindit

P R A E F A T I O

tæ deinde amplexi sunt. Proximè secuti sunt,
qui Christum planè abolere conati, Messiæ loco
seipso supposuere, ut fecit Simon Magus circa
annum Christi 43. & Menander circa 95. Qui-
bus contradicendi iustissima omnibus fidelibus
causa fuit, cum id illis eriperetur, cuius causa
appellationem mutarant, Christianos se profes-
si. Cum his nulla fidelibus concordia, nulla socie-
tas, aut debuit aut potuit esse, eò quòd doctri-
nam, quam Ioannes prædicarat, non adferrent,
& ab Euangelio Christi, in aliud transferre au-
ditores conarentur. Hæc causa est, cur frequen-
tissime Lucas & Ioannes inculcent, hanc esse vi-
tam æternam, ut agnoscamus patrem Christi, v-
num et solum verum Deum, Iesum autem, quem
misit, esse Christum. Et Paulus verbum fidei sem-
per inculcat hoc, quòd Deus Iesum ex mortuis
suscitauerit: quòd Iesus fit filius Dei, & quòd
sedeat in gloria patris. Nam ante Christum ve-
nerunt, Iudas Galilæus & Theodas Pseudochri-
sti, quos Christus ipse fures & latrones vocat:
& sapientissime contestatur, se à patre venisse,
se esse filium Dei, se oportere glorificari &c.
Post mortem illius mox Simon Magus prodit
Messiam professus, cuius factioni, simul & Iu-
daizantibus pseudoapostolis, Apostolos & E-

Act. ii. v. 26.

Ioan. 17. v. 3.

Rom. 10. v. 9.

Iean. 10. v. 2.

* 2

uangelistas

P RÆFATI O

uangelistas opposuisse ea, quæ habemus scripta, manifestum est: quoniam omnium idem scopus est, ut ostendant, Iesum Nazarenum esse illum Christum, qui Iudeis fuerat promissus, non alium aliquem.

Non repertus est ad hæc usque tempora inter Christianos quisquam amplius ea confidens, aut temeritate potius, qui se pro Messia vellet obtrudere. Sed quæ Diaboli est calliditas, alia via aggressus fideles, postquam hostes Christi in conflictu facile pares esse cognouisset, huc omni studio, & conatu contendit, ut ciuili bello implicatos, iniicem committeret, ac pietatis colore, facinus Ecclesiæ Dei nimis quam exitiosum pingeret, posita in medium Christi persona, de qua, cum quantum quidem fieri posset, honestissimè quisque loqui officij sui existimaret esse, effecit facile, ut dum suæ quisque opinioni plauderet, aliorum cogitationes exploderet, insimul atcs primum, à similitatibus in apertas inimiciias, ab his demum ad anathemata, contumelias, proscriptiones, atque adeo ad cædes etiam magnis passibus iretur, uno omnium ore i& Etato praetextu, oportere honorem suum fili Dei, seruatori hominum, Iesu Christo, sartum, sectum præstari. Occasionem verò luculentam

bis malis

P RÆFATI O

bis malis præbuit, philosophorum nimis Platonizantium, curiosa subtilitas, qui Euangelistarum & Apostolorum scripta, neglecta Hebraici sermonis proprietate, ad Græcæ linguæ usum interpretari superstitiose conati, ex Ioanne Platonem, ex Paulo philosophum fecerunt, veluti Paulò post ostendemus. Et cum semel de λόγῳ æterno, filio æterno illius boni, obtinuisse Platoni opinio, pro suo quisque cerebro, quod plausibilius futurum, ac dignitatis plus habiturum, apud plebē existimasset τῷ λόγῳ, nō dubitauit affingere, donec in multiplicia deliramenta, fideles abducti, ad extreum, quem saluatorem profiterentur, dubitarunt. Occasioni diabolus non defuit, qui viros etiam verè pios, zelo peruerso impulsos, huc pertraxit, ut salutem negare auderent ijs, qui opinioni sue huic siue illi aduer sarentur, quæ res horribiles disceptationes in Ecclesia Dei induxit, id quod historiæ ostendunt. Sic triumphauit tandem Satanás, & sepulta cum ipso Christo pietate & vita innocencia, ferali spectaculo pauit oculos, cernens non sine summa animi voluptate Christianismum, ad opiniones quasdam, & inutiles speculationes esse redactum, quibus qui plurimum indulgeret, cum in ore ac oculis omnium ferri, in pretio ha

* 3

beri ac

46

P R A E F A T I O

beri ac præcipue dignitatis ac existimationis loco constitui, denique tantum non pro Deo adorari, alios qui simplici fide in Christum contenti, seu quod imposturam odissent, seu quod strophas illas Θεπτολογias nō intelligerēt illorum sophismata auferarentur, rapi, trudi, sterni, profligari, vri, secari, ac vt paucis dicam ναραματα, βδελιγματα, et aere hoc communii indignos habitos ceu αλιτηρια ab omnibus studiose euitari. Nec tamen obtinuit Satanus, quamvis fœdissime Ecclesiam Dei deformatasset, vt è plebis animis hoc quoq; euelleret, I E S V M Christum pro hominibus fuisse mortuum et suscitatum, adeò vt summæ agendæ sint Deo gratiae, quod in tam vasto naufragio, vnicam hanc tabellam, qua omnium fidelium salus nititur, è manibus illorum, non passus sit extorqueri: nam si absq; ea esset, ex immenso opinionum et sophismatum mari, nemo unquam emersisset.

Nostris temporibus quam luculenter Deus, gratiam et benicitatem suam hominibus testam fecit, passim excitans ministros, doctrina et singulari animi constantia celebres, qui ab opinionibus hominum ad scripturæ simplicitatem reuocare auditores conati, multas ac magnasim posturas Sophistarum fideliter detexerunt, viri nunquam

47

P R A E F A T I O

nunquam satis laudati, nisi et ipsi tandem zelo peruerso abrepti, tantum sibi tribuissent, vt meliora querendi, nemini potestatem fieri oportere contendent. Quo animaduerso diabolus, frigidam suffudit diligenter, ne ubi semel, ob opiniones diuersas simultates excitatae essent, firma aliqua gratia sarciri posset. Lutherani palam testati sunt, se Zwingianos pro fratribus agnoscere, nec velle nec posse: Illi cum et ipsi neminem, nisi eidem opinioni addictum apud se pareretur: tamè hi plus pietatis veræ ostenderunt, et scriptis testati sunt, re tanti nō esse, ob quam fideles Ecclesiæ, tam fœde debeat diuelli. Istorum exemplum dum serpit latius, quot innocentes et bonos viros, principum et regum obiecit tyrannidi, clamantibus ipsis (si Deo satis placet) Euangelij præconibus, tollendos esse, quod vel Augustanam confessionem, quam iij ipsi, qui eam exosculantur, non planè obseruant, vel Calvini opiniones per omnia non amplectantur. Et sicut olim Christi dignitatis et gloriae omnes volebant videri propugnatores: ita nunc papæ hostes et Euangelij repurgatores omnes profecti, mutuam interim lanienam exercent. Qui tempulum Ierosolimitanum profanis sacris et ceremonijs, idolis, picturis et omni genere impuri-

PRAEFATIO

tatis pollutum repurgarunt, cum profligato im-
pio hoste à bellis & calamitatibus diuturnis, alè
quomodo Iudeis respirare licuit, nonne & in
Deum ingrati, in seipso crudeles, in religionem
impij extitisse iudicarentur meritò, si quis arā
demoliebatur, securim in ceruicem impegiſſet
ei, qui idolum in alia parte templi collocatum
euerteret, aut si is, qui prophanam picturam,
puta Iouis adulteria, aut alterius alicuius simi-
lis argumenti eradebat, occidi oportere clamaſ-
set eum, qui pavimentum templi, impiarum vi-
etimaruſ cruore respersum diligenter verreret?
Et quanto saniores sumus scilicet nos, qui eodem
animo domum Dei nostri, horribili idolomania
per Sophistas inquinatam, repurgare aggressi,
mutuò nos carnifici obijcimus, eò quòd non ean-
dem omnes doctrinæ partem excutiendam, & ge-
nuinæ simplicitati restituendam, suscepimus?
Sed Diabolus qui Choragus fabulae est, quoſuos
afflet spiritu, stupido & cæcutiēti mundo, vult
evidentibus exemplis demonstrare, ne falsum de
ipso pronunciaſſe Christus videri possit, testatus
illum homicidam eſſe. Suscitata est, Dei benefici
o vetus contentio de interpretatione scripturæ
simplici & aperta, non alio consilio, quām ut
monstrōſis opinionibus, quas ne docētes quidem
intelligunt,

Ioa. 3. v 44.

PRAEFATIO

intelligunt, liberat & fidelium conscientiæ, in a-
gnitione Dei vnius & Mediatoris Christi pos-
ſent certius erudiri & cuitare, summa in Deum
ingratitudo, qui cum benignè lucem verbi nobis
accenderit, impunitam non finet eorum vœcor-
diā, qui tenebras illi præferre, & in humana-
rum inuentionum luto adhuc volutari gudent.
Quid fit autem? Consurgit orbis Christianus &
ad opprimendos nefarios (ita enim appellant)
conatus se mutuò exhortatur, quasi ipſe piet-
atis Christianæ cardo in Platonis Timæo, vnde na-
gæ illæ de Triade & Henade manarunt, consi-
stat. Euolarunt multi virulenti libelli, qui ad cæ-
dem etiam bonos principes extimulassent, nisi
Deus sanguinaria Theologorum consiliare repref-
ſiſſet.

Scripſerunt alij modestius, ac postquam eate
ſæ illius defensionem ad ſe recepiſſent, hoc vnum
ſibi habuerunt ſtudio, vt doctorum hominum
ſpem in explicando & confirmingando, pro viribus
argumento illo, ſuſtinerent. Sed quid profee-
runt, fidelium eſto iudicium. Inuidiosus & ſcur-
rilius Carolio, qui ſcriberet, nondum eſt reper-
tus: quæ res argumento eſt, diabolum iam fate-
riſe victum, postquam abiecta pietatis larua, ad
ſuas artes, hoc eſt, ad crudelitatem & maledi-
centiam

x L 50

PRÆFATIO


centiam conuertitur. Nos itaque & si sententiam Ecclesiæ Dei ex scriptis prioribus, quæ hinc emissa sunt, notam esse omnibus pijs, confidimus: tamen cum secundum vius illud, dicitur nocte τά καλά, lucis aliquid prioribus accessurum non dubitaremus, si illius obiectionibus perspicè responderemus, libenter huc descendimus, ut collato cum ipso pede, congradiamur: non hoc quidem consilio ut singulis ipsius insistamus vestigijs, nam id infiniti propemodum laboris esset, cuius nulla sit futura utilitas, quando ea, quæ duobus magnis libris garrit, paucis paginis explicari poterant, nisi verba, quam res in disceptationem adferre voluisset. Sed in certa capita redigemus, ut ubi hærent aduersarij, pius lector posse facilè animaduertere. Nam & originem & fundamenta opinionis illius philosophicæ, perspicè ostenderemus, ac vera Ecclesiæ sententia exposita, obiecta refutabimus, sic ut spes sit, non inuentum iri qui profiteatur, aut si huc temeritatis prolabatur, sicut ubique reperiuntur ne vobis oportet, ut profiteri ausit, qui cum laude præstet Carolij vñ pñ gñ cñ i shv.

Cæterum lectorem pium oramus, ut si alijs damnare sibi permittunt, quod ignorant, hoc quoque à se impetrari sinat ipse, ne verum à nobis constanter

PRÆFATIO

bis constanter defendi, mendacium autem detegi, egrè ferat. Multa adhuc densissimis tenebris immersa latent, quæ ut suo tempore Deus patet facere velit ex animo orandus est: ad quam rem omnes eruditos & pios viros, quibus gloria Dei & ædificatio fidelium cordi sit, quib. & linguarum cognitio, & alia eiusmodi præsidia ad munum sunt, fidelem operam conferre æquissimum est. Nam ut feliciter inchoatum esse exitus ipse testatur: ita exiguo labore & breui tempore, quod tot seculis ædificauit diabolus destruiri, nec exempla nostri temporis ostendunt, & nobis non sit verisimile. Interim ne committamus vlla ratione, ut postquam libertatis signum extulerunt homines pijs, Deum per illos ad pilea vocantem sequi noluisse, deprehendamur, etiam atque etiam danda est opera.

Dat. Claudi poli in festo Ioannis Baptistæ.
Anno nativitatis filii Dei 1572.



52

Quia aliquot paginæ vacabant,
adiicere libuit, confessionem
Francisci dauidis de Iesu Chri-
sto, quam ex carcere exhibuit
regnicolis, paulò ante mortem
Thordę, in Transyluania, in con-
uentu regni : 17. April.

Anno 1579.

Iesum Christū Messiam promissum, filium Dei
in plenitudine temporis exhibitum, non natu-
ra, sed officio Deum fuisse, fateor, qui iuxta o-
racula prophetarum, & sui ipsius doctrinam,
virtute patris docuit, miracula fecit & consu-
mauit. Cuius honor, gloria, potesta, & quicquid
habuit, ab unico Deo patre pendet. Et filium in
eo coli & honorari voluit, ut verbum & doctri-
na illius obseruetur, & cognoscatur ab ipso Deo
constitutum esse, iudicem viuorum & mortu-
orum, doctorem iustitiae, monstratorem viæ, vi-
tæq; datorem obedientibus, & expectatibus ad
uentum ipsius, & qui habeat potestatem aperi-
endi & claudendi libros vitæ & mortis.

Futurum verò esse, ut omnia illi subijcian-
tur: cum Sathanā ligato in profundo maris, &
nouissimè

53

FRANCISCI DAVIDIS.

nouissimè tandem destruta morte. Hec in Chri-
sto & per Christum nobis collata sunt, & per
mortem eius obsignata scriptura sacra docet.
At illum vel eundem Deum cum patre, vel æqua-
lem illi constitutum esse, nego, cùm sit opinio Pa-
pistica, & scripturis sacris contraria.

Quomodo verò in cælis regnet, quomodo
intercedat, quomodo non: ex scripturæ sacræ te-
stimonij contradictionib; videlicet, rogabo pa-
trem, mittam alium aduocatum, & homo Iesus
Christus est aduocatus noster: regnat & regne-
bit, hac ratione concilio. Quemadmodum hæc in
terris consumauit, hac ratione in cælis nunc non
fieri, sed semel facta oblatione, sanctos in perpe-
tuum consumasse, & semel facta oratione in ter-
ris, omnibus credituris, & sequentibus verbum
illius, prodeße, ut ipsem et Ioa. 17. v 20. declarat,
inquiens: Non pro eis tātum rogo, sed & pro e-
is, qui credituri sunt per verbum eorum in me.
Illud est iuge sacrificium Christi, illa astatio, &
interpellatio Iesu Christi: illud est perpetuum
fœdus, quod Deus pater, nobiscum pepigit, per
Iesum Christū, quod durare debet. Illud est, quod
per Christum dicimus offerre preces, non quod
nunc genu flectat, aut alia longa oratione uta-
tur ad patrem. Hæc verò phrases, intercedere
interpellare,

54

CONFESSIO

Interpellare, orare & similes, interpretādæ sunt secundum analogiam scripturæ sacræ, & non secundum cogitationes humanas. Simpliciter enim Deus, qui ubiq; est, & omnia videt & audit, Mediatore non opus habet, sed propter nostri consolationem dicuntur, quia calamitas, & afflictio sanctorum, coniuncta est cum ipso capite Christo, nunc in cœlis existenti, ut ipsi quoque odio habeant eos, quos odit Deus, & benè cupiant ihs, quos amat Deus. Neque enim, si secundum morem humanum, intelligendæ essent, conqueretur, Christum inuocandum esse. Summa: Quidquid scriptura sacra, de Christo nobis tradit, reuerenter amplector & ei tribuo. Verum illum, aut eundem esse Deum cum patre, aut illi æqualem, contra veritatem fateri non possum, nec opera creationis, conseruationis honoris & gloriæ, quæ solius patris sunt, illi eripere, & filio tribuere, sed differentiam obscrue, ut ille sit Deus ex quo omnia, filius autem Dei, per quem omnia, in reparatione, reconciliatione, regeneratione, idq; persanguinem, per crucem & per mortem.

55

Carth drz

